

## De pertinacie nota

ipsi tamen nequaquam sunt penis hereticorum  
plecendi nec infamia notandi. sicut apud  
scholasticos theologos in preclara vniuersi-  
tate parisiensi. frequenter obseruatur. quos  
protestatio generalis et conditionalis reuoca-  
tio iuuat ad hoc ne de pertinacia notarentur  
intra humilitate qua proinus reuocant  
errorem non conditionaliter sed absolute / quod  
reuocatio sufficit magistris ad purgationem  
nec ab acerbis studiis legitimis exercendis vel  
consequendis reuocatis obinde repelluntur

### Consideratio. vii.

**R**estatio generalis / aut conditio-  
nalis reuocatio non obstat quin sic  
protestatio aut reuocans dici possit  
suspectus de heresi. quoniam leuiter. quoniam ve-  
hementer. aliquando violenter. Patebit hec consi-  
deratio per predictas. si docuerim quod est di-  
cendus de heresi vel leuiter vel vehementer  
vel violenter suspectus. Et hoc alias latiori  
sermone declarauimus. nunc summatim repeta-  
tur. Itaque suspitio leuis puenit ex signis  
exterioribus operum vel verborum. ex quibus cog-  
nitis accipitur coniectura que concludi potest non quod  
frequenter. sed raro seu contingenter. ut in pau-  
cioribus / quod talia agens vel dicens est hereti-  
cus. Itaque sequentia leuis est et thopica. si  
cui arguerim. Petrus non venit ad ecclesiam  
in solennitate natiuitatis beate Marie virgi-  
nis ergo non bene sentit de ea. vel sic Petrus  
assumit nomen dei frequenter inuani. deie-  
ras et negas enim. ergo non bene credit de eo.  
Porro vehemens suspitio puenit ex si-  
gnis exterioribus operum vel verborum. ex quibus  
cognitis accipitur argumentum concludens frequen-  
ter et ut in pluribus. quod talia agens vel dicens est  
hereticus. ut si quis neget explicitamente. palam. et  
publice ea que debet ex officio scire plene quam aliquid  
quod quis possit in rei veritate negatio talis ex  
ignorantia puenire. vel animi leuitate. non  
ex heretica prauitate. Dicimus demum su-  
spitionem esse violentam que sumitur ex signis exte-  
rioribus operum vel verborum. ex quibus cognitis  
concludi solet efficaciter et vniuersimodum / quod talia  
agens vel dicens est hereticus. quemadmodum si  
quis predicet publice quod ipse non fuit deus. quod  
deus non est diligendus super omnia / quod licitum est  
passim homines occidere sicut bestias. quod iura-  
menta non sunt tenenda. aut si patenter adoret se  
pulcrum Machometi. vel si deferat habitus  
iudeis appropriatos. non quidem loco facies  
hoc / sed serio. Costat neque quod possibile est

taliam facientem vel agentem tenere veraciter  
interius fidei catholicae. sicut de salomo-  
ne idolatrante. et de marcellino idolis sacri-  
ficante dicunt multi quod neuter eorum fuit  
hereticus in mente. Subiominus ecclesia  
de exterioribus iudicans non de occultis /  
arguet in talibus violentam presumptionem  
et finem eam feret iudicium. Exemplo salomo-  
nis de meretricibus. i. Regum. iiij. et hoc nu-  
mularis violentem suspectus se legitime pur-  
gauerit. allegando vel ignorantiam vel timo-  
rem. vel fictionem. vel aliquid huiusmo-  
di paratum corrigi se demonstrans. Quod  
circa patet valere plurimum circa suspitiones  
huiusmodi assumendas pro argumentis  
considerare consuetudines patriarum locorum  
temporum. personarum. modos et  
indicia. Euenit quippe quod verbum vnum  
dabit suspensionem heresis in vno loco vel  
in vna persona. quod in alio loco vel per  
sonam nihil reputabitur. Exemplum de ne-  
gantibus et desipientibus dei quotidianis  
verbis in certis partibus quod in alijs partibus  
multis horridum iudicatur et heresi proximum.

### Has interim consi-

derationes duodecim posuisse velut in trans-  
cursu suffecerit. xxij. mensis octobris anni  
D. cccc. xv. in ciuitate Constan. vbi sa-  
cru agebatur generale concilium. prestans  
te eo qui est deus benedicere in secula Amen  
Finit

### Bequuntur. vii. con-

derationes secundum totidem signa quibus so-  
let aliquis de pertinacia notari vel conuin-  
ci. circa materiam hereticam prauitatis. pre-  
mittendo qualis sit pertinacie definitio  
vel ratio.

**P**ertinacie propria ratio que er-  
rantem in fide seu hereticam  
efficit hereticum. consistit in de-  
prauatione voluntatis per super-  
biam. aut aliud officium. dum non vult er-  
rans cauta sollicitudine querere veritatem  
aut dum perspecte monstratae tenuit as-  
sentire vel errorem dimittere. Dicitur enim  
pertinax secundum ysidorum quasi imprudenter  
tenax. qui persistit in illo scilicet quod de-  
bet dimittere. Ceterum pertinacie signum  
exterior multiplex inuenitur. Cum quis  
sustinet ex conuentione vltro. nec potest suffi-  
cienter excusare. Et si sumit ex iuris preiudicio.